

## **Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

### **Tekst oficjalny**

*Commune incliti Poloniae Regni privilegium constitutionum et indultuum publicitus decretorum approbatorumque*, ed. I. Lascius, Cracoviae 1506, k. 179–179v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuły 23 [Gn. 20]

[23] De debito necessario iure acquisito et debitore.

Quicumque aliquem coram iudicio pro debito impulsaverit, si debitum coacto iure consecutus fuerit, oportet eadem die solvere et iudex in eo suam penam acquisivit.

Si autem querimonia facta fuerit super aliquem pro debito, de quo fatetur, solvere tenetur infra duas ebdomadas, et si tempore statuto debitor non solverit, extunc iudex in eo suam penam acquisivit. Nihilominus solvere mandat ad octo dies, deinde ad tres dies, tandem die sequenti. Quotiens tunc mandatum debitor adimplere neglexerit, totiens penam suam in eo iudex acquisivit.

Si autem iudici et creditori debitum solvere contempserit, extunc fiscatur sua possessio. Per hoc quolibet compellitur, quod debitum creditori et pena iudici persolvatur.

Si et possessione caruerit, extunc banno compellitur, potest quolibet bene comprehendi, ubicunque visus fuerit pro debito et pena. Et quicumque ipsum ultra hoc tenuerit, pena iudici demeretur.

[hasła: dług, skarga, świadczenie, termin, dłużnik, sędzia, mulkta, kara sądowa, wierzyciel, posiadanie, kara]